ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 23v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



fuit. Si tamen requiras hic aut ille fuerit
in uicium cadis. Nec minus peccabis. Si pro
illo ne feceris. non feceris dicas. quia licet ne
et non aduerbia sint Alterum tamen negandi
Alterum uetandi est. In sacra tamen scriptura reptum
est. non furtum feceris. cum furtum fieri prohibet.
Sed ibi quoque ut in poetis multa licent magis
quam signate dicuntur. Quedam sunt que singulariter
dumtaxat efferuntur. quedam pluraliter tantum.
quedam per paucos duci casus uolunt. Commu-
tata uero Soloecismum habent. Nec enim aut nex
mihi instat dicere licet. neque mortes ~~mihi~~ imminet
quamuis et hoc aliquando permittatur. si referatur
ad plures. Nam unus unam tantum mori morte
potest. Nec paterno mani sacra facio dicendum
est. Sed paternis manibus. habent aut nonnulla
soloecismi faciem. Nec tamen uiciosa sunt
ut Tragedia thiestes. ludi floralia. ac mega-
lensia. Scemata hec nominantur. frequentiora
quidem apud poetas. Sed oratoribus quoque per-
missa. Sunt et nomina femina quibus mares
utuntur. et neutra quibus femine. Ut Silla.
Cathelina. Jugurta. messala. Galba. dolobella.
Agrippa. Glicerium. dorcium. philorcium Eusto-
chium. Nec uicium habent. In quibus omnibus
Si quis carere uicio uult. quatuor eum noscere
oportebit. quibus sermo gramaticus appro-
batur. Rationem. Vetustatem. Auctoritatem.
Consuetudinem. De Ratione primum est
transigendum.

Quatuor sunt quibus sermo gramaticus ap-
probatur. scilicet ratio. vetustas. auctoritas
et consuetudo Et primo de ratione